Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvvii ... De architectvra libri decem

Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius

Argentorati, 1543

Cap. III

urn:nbn:de:bsz:31-128539

Visual Library

conualeſcent. Ita efficietur uti ex natura loci, maiores, auctasq́; cum dignitate diuinitas excipiat opiniones. Item naturæ decor erit, ſi cubiculis & Bibliothecis, ab oriente lumina capientur, balneis & hybernaculis, ab occidente hyberno, pinacothecijs, & quibus certis luminibus opus eſt paribus, à ſeptentrione, quòd ea cœli regio neq; exclaratur, neq; obſcuratur ſolis curſu, ſed eſt certa & immutabilis, die perpetuo. Diſtributio autem eſt copiarũ lociq́; commoda diſpenſatio, parcaq́; in operibus ſumptus cum ratione temperatio. Hæc ita obſeruabitur, ſi primum architectus ea non quæret, quæ non poterunt inueniri, aut parari, niſi magno. Namq; non omnibus locis arenæ foßitiæ, nec cementorum, nec abietis, nec ſappinorum, nec marmoris copia eſt, ſed aliud alio loco naſcitur, quorum comparationes difficiles ſunt & ſumptuoſæ. Vtendum autem eſt, ubi non eſt arena foßitia, fluuiatica, aut marina lota. Inopiæ quoq; abietis aut ſappinorum uitabũtur, utendo cupreſſo, populo, ulmo, pinu. Reliqua quoq; his ſimilia erunt explicanda. Alter gradus erit diſtributionis, cum ad uſum patrumfamiliarum, aut ad pecuniæ copiam, aut ad elegantiæ dignitatẽ, ædificia alte diſponentur. Namq; aliter urbanas domos oportere conſtitui uidetur, aliter quibus ex poſſeßionibus ruſticis influunt fructus, non idem fœneratoribus, aliter beatis & delicatis, potentibus uero, quorum cogitationibus Reſpu. gubernatur, ad uſum collocabuntur, & omnino faciendæ ſunt aptæ omnibus perſonis ædificiorum diſtributiones.

Cubicula.
Bibliothecæ.
Balnea.
Hybernacula.
Diſtributio.
Arenæ foßitiæ.

DE PARTIBVS ARCHITECTVRAE IN PRIuatorum & publicorum ædificiorum diſtributionibus, & gnomonices & machinationis.

CAP. III.

PArtes ipſius Architecturæ ſunt tres, Aedificatio, Gnomonice, Machinatio. Aedificatio autem diuiſa eſt bipartito, è quibus una eſt mœnium & communium operum in publicis locis collocatio. Altera eſt priuatorum ædificiorum explicatio. Publicorum autem diſtributiones ſunt tres, è quibus una eſt defenſionis, altera religionis, tertia oportunitatis. Defenſionis eſt murorum turriumq́; & portarum ratio, ad ho=

Aedificatio.
Gnomonice.
Machinatio.

Religio. ſtium impetus perpetuo repellendos excogitata. Religionis, Deor
Oportuni immortalium fanorum, ædiumq́; ſacrarum collocatio. Oportunita
tas. omnium locorum ad uſum publicum diſpoſitio, uti portus, fora, portic
Fora. balnea, theatra, inambulationes, cæteraq́;, quæ ijſdem rationibus in p
Porticus. blicis deſignantur locis. Hæc autem ita fieri debent, ut habeatur ratio f
Balnea. mitatis, utilitatis, uenuſtatis. Firmitatis erit habita ratio, cum fuerit
Theatra. damentorum ad ſolidum depreſſio, & ex quaq; materia copiarum ſ
Inambula auaritia diligens electio. Vtilitatis autem, emendata & ſine impedi
tiones. ne, uſu locorum, diſpoſitio, & ad regiones ſui cuiusque generis aptu
Firmitas. commoda diſtributio. Venuſtatis uero, cum fuerit operis ſpecies gr
Vtilitas. & elegans, membrorumque commenſus iuſtas habeat ſymmetriar
Venuſtas. rationes.

DE ELECTIONE LOCORVM SALVBRIum, & quæ obſint ſalubritati, & unde lumina capiantur. CAP. IIII.

Loci ſalu- IN ipſis uero mœnibus ea erunt principia. Primum electio loci ſalu
berrimi. rimi. Is autem erit excelſus & non nebuloſus, non pruinoſus, reg
neſq́; cœli ſpectans, neq; æſtuoſas, neq; frigidas, ſed temperatas. De
ſi euitabitur paluſtris uicinitas. Cum enim auræ matutinæ cum ſole
ente ad oppidum peruenient, & ijs ortæ nebulæ adiungentur, ſpiritu
beſtiarum paluſtrium uenenatos cum nebula mixtos inhabitatorum c
pora flatus ſpargent, efficient locum peſtilentem. Item ſi ſecundum m
re erunt mœnia, ſpectabuntq́; ad meridiem, aut ad occidentem, non er
ſalubria, quia per æſtatem cœlum meridianum ſole exoriente caleſcit,
ridie ardet. Item quod ſpectat ad occidentem, ſole exorto tepeſcit, m
ridie calet, ueſpere feruet. Igitur mutationibus caloris & refrigerati
nis, corpora quæ in ijs locis ſunt, uitiantur. Hoc autem licet animadu
tere etiam ex ijs quæ non ſunt animalia. In cellis enim uinarijs tectis, lu
na nemo capit à meridie, nec ab occidente, ſed à ſeptentrione, quòd ea r
gio nullo tempore mutationes recipit, ſed eſt firma perpetuo, & immu
Granaria. bilis. Ideo etiam & granaria, quæ ad ſolis curſum ſpectant, bonitatem
to mutant, obſoniaq́;, & poma, quæ non in ea cœli parte ponuntur q

eſt au